



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Desiderium Dei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

CONSIDERATIO XXXIII

AMOR DEI,

Desiderium DEI.

EA vis est Amoris, ut elevet hominem ad veram amicitiam DEI. Ad perfectam amicitiam requiritur perfecta unio, non intentionalis tantum per intentionem, & voluntatem, sed etiam realis per præsentiam, quâ gaudet amicus amico præsentem. Quia unio est maxima conjunctio, quæ potest esse inter amicum & amicum. Non sufficit igitur unio voluntatum, sed requiritur unio personarum præsentium.

Unde Christianus in hac vita, ut sit verus amicus DEI, debet habere alteram unionem in terra, & alteram in desiderio: debet exercere se in mentali præsentia DEI, sed desiderare realem. Una est mentalis, & scala ad alteram, & scala ad alteram. Si habes Deum præsentem per Fidem, habebis etiam præsentem per Gloriam. O Sancta & Divina amicitia Dei, & hominem, quæ incipit in Gratis, consummatur in Gloria!

Hic parumper examina te ipsum, & considera, quomodo colas hanc amicitiam Dei! qualem præsentiam exercitas totâ die, Dei, an mundi? cum quo jungaris, cum Christo, an cum hominibus? habes præsentiam Dei mentalem, quomodo habes affectum erga realem? quomodo eam desideres, quomodo affectu, quâ vehementi? possisne dicere cum Angelo; *Desiderium habens dissolvi; & esse cum Christo*. Si potes, gratias age Largitori donorum; quomodo donum ipsius: Si non potes, neque hoc expecta de teipso, postula, quia hoc est magnum donum, & verum signum perfectæ amicitie.